



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

iiij De operimentis [et] ornatu altaris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Tercium

¶ Capitulum tertium de dubijs circa locum celebrandi
occurrentibus duos continet articulos

¶ Resoluit quinque dubia circa locum celebrandi communem videlicet
ecclesiam incidentia

Art. 1.

I Quis sit locus cōis debitus ⁊ ueniens ad celebrandū missam

Sol. Regulariter sola ecclesia consecrata.

ij Utrum ne quis possit licite quandoq̄ extra ecclesiam celebrare.

Sol. Potest de licentia episcopi vel superioris dummodo habeantur
necessaria ad celebratōnem requisita.

iiij Quid si in terra vel regione aliqua non inueniatur aliqua eccle-
sia consecrata ppter destrucōnem vel vastationem ecclesiarum.
Vel si quis in itinere constitutus ⁊ presertim in nauigatōne ubi
non potest haberi ecclesia. vel constitutus in aliquo exercitu. vel in
aliquo consimili occurrente casu. utrum ne quis posset alibi q̄ in
ecclesia celebrare. etiam sine licentia episcopi.

Dubiū

Sol. In talibus casibus tene potest si habeantur ibi omnia necessaria
ad celebratōnem misse requisita. potest enim celebrare sub domo
vel sub tentorio.

iiij Utrum in mari vel in fluminibus in quibus naues frequenter
agitantur liceat alicui celebrare.

Sol. Nullo modo debet ppter periculum effusionis sanguinis christi.

v Utrum in omni loco consecrato liceat celebrare missam.

Sol. Non. si em̄ locus sit interdictus. siue a iure. ut pollutus sangui-
ne vel semine. siue a iudice. videlicet per sententiam interdicti la-
tam contra locum illum. non licet ibi celebrari. ⁊ faciens contrariū
in hoc casu incurrit irregularitatem.

Art. 2.

¶ Resoluit sex dubia que circa locū p̄rium. s. altare occurrere possunt.

I Utrum in ecclesia vel alibi possit quis licite celebrare super alio
quo alio q̄ super altari.

Sol. Non licet nisi super altari vel fixo siue stabili. vel portatili siue
viatico. quod p̄t sup mensam fieri vel arcā vel aliud huiusmodi.

ij Quale debeat esse altare super quo celebrare licet.

Sol. Altare debet esse lapideum consecratum non enormiter factum.

iiij Quibus altare debet esse coopertum ⁊ ornatum.

Sol. Quibus paleis ⁊ corporali cōsecratis de lino puro factis. nul-
lo colore tinctis. sed totaliter albis mundis ⁊ nitidis

Dubiū

iiij Utrum semper liceat sacerdoti super quolibet altari cōsecrato ce-
lebrare missam.

Sol. Non semper licet. nam postq̄ episcopus aliquis super aliquo al-
tari celebrauerit. non licet illo eodem die alteri sacerdoti sup illo
altari celebrari. nisi de licentia episcopi.

v Quantum debeat esse altare portatile. ut sit aptum celebrationi
super eo fiende.

B iiij